Quaestio Cardinalitia.

Agitanda In Scholis Medicorum die Jovis 29ª April. M. alberto le febure Medico Regio Moderatore.

An febrium pestilentium, et reliquarum putridarum eadem Curatio?

Excrementorum vacuatio cum libera totius corporis perspiratione coniuncta, sanitatem imprimis conservat, ac maxime si non humorum qualitate, aut copia sibi infestos per loca convenientia maturo deponat. Quod si prae imbecillitate in intimis aut extimis corporis partibus illi subsistentes, caloremque nativum opprimunt, obstructiones committunt, vel obstructiones accedunt. Unde febris sive calor in corde praeter naturam accensus per venas, et arterias in totum corpus diffusus: qui si in spiritibus concipiatur diariam, in humoribus putridam, in partibus solidis hecticam facit, per initia vix curatu facilem, sic et cognitu difficilem.

Febrium differentias varias sumi praecipuas tamen a calore petitas, intermittentes a continuis nostram mentem, quae ipsius motu et [illegible]. Καῦσος exquisitus a nothis distinguuntur, in his utraque synochus ἐπακμαστική, παρακμαστική et ὁμότονος caloris nimis noxia. [illegible] bilis in minoribus vasis praecordiorum aut habitus corporis, vel nothus a pituita salsa gravibus et funestis symptomatis aegros exurunt, praesertim si per initia vigor aut sub finem aegro iam debili incidant, aut externa algeant, intima incendio conflagrent. Nec nimis a periculo subtrahit lipyria caloris acrimonia, siti, vigiliis, et cibi fastidio.

Intermittentes mitiores quas in minoribus venis (sic continuarum quas in maioribus quae intus alas et inguina excurrunt) putrescit a se invicem tertianas, nostram quartanas, et periodorum quorum propriorum signorum ratio distinguit, tam in paroxysmo quam in historia omnium acutissimas, frequentiores funditus, ictu calidissimo, paucis sentientibus, media confectis, et in locis obstructis et solibus perustis, has comitatur calor acris, et mordax, pulsus magnus et frequens ad inaequalitatem accedens, fervoris sensus circa hepatis regionem, sitis inexplebilis vigiliae cum totius corporis iactatione.

Superioribus omnibus longe calamitosiores sunt purpuratae et pestilentes maligna qualitate, putredine sordida et profunda (ab inspiratione gravi, et corrupti coeli intemperantia, quorum morbosus successit afflatus) et fatigantes signis pathognomonicis sui essentiam communicantem, pulsu parvo, languido, inaequali, cibi fastidio, nausea, frequenti vomitu, aut statim a somno defectionis, oppressione virium, faucium squalore, et deglutiendi difficultate, delirio, comate, prurigine et dentium torpore, urinis in principio sanorum similibus, proque laboranti, et Medico clam insidiantibus, et sub finem sanguinosis, foetidis, ac saepe inutilibus sudoribus, cum exanthematis, bubonibus et anthrace.

Curandi ratio recte procedit a causa amovenda est auspicanda, quae in alteratione, et vacuatione consistit. Synochus frigida pocto, et sanguinis missione (quae semper purgationem praecedere debet) curandum recipit. Ad eundem modum febrium purpuratarum et pestilentium impuritas et putredo abigenda. Maligna qualitas alexipharmacis (quas in caeteris et febribus non sunt contemnenda) admotis et assumptis diminuenda, opiatis, conditis, electuariis, epithematis, cucurbitulis, cum alta in cruribus scarificatione, venenum foras evocantibus, pulticulis, marsupiis non ex arsenico, aut bufonis concinnatis sed his quae spiritus instaurant, et venenum oppugnant.

Ergo febrium Pestilentium, et reliquarum putridarum eadem Curatio.

Proposuit Lutetiae Simon Le Tellier meduntanus Carnutensis anno, r. s. M D xcvij.

F.M.P. BIBL[illegible]